THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
12. Jh. Seite 38v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Pauperes enim semper habetis uobiscum. me autem non
semper habebitis. Et hic magne moderamine
patientie dominus non iudam arguit auaricie. et non
pauperum gratia de pecunia loqui. sed ex ratione
demonstrat non esse culpandos eos. qui ei inter
homines conuersanti de facultatibus suis
ministrarent. Cum ~~autem~~ paruo tempore ipse
apud ecclesiam corporaliter erat mansurus. pauperes
autem quibus elemosina fieri posset in ea semper
essent habendi. Cognouit ergo turba multa
ex iudeis quia illic est. et uenerunt non propter iesum
tantum sed ut lazarum uiderent quem suscita-
uit a mortuis. Curiositas hos non caritas ad
duxit ad iesum. Sed nos uersa uice fratres karissimi si
cognoscimus ubi iesus est. ubi mansionem facit.
ubi bethaniam id est domum anime obedientis in
qua habi[illegible]tet inuenit. ueniamus illuc
contemplatio[illegible]ne non propter hominem tantum.
quem a morte [illegible] anime suscitatum spiritualiter
uiuere do[illegible]nauit. sed ut bonam hominis ui-